xlii

HIERONIMUS AD MAR
CELLAM

ABRAHAM TEMPTATUR
IN FILIO ET FIDE
LIOR INUENITUR;
Joseph in aegypto uenditur ut
patrem pascat & fratres;
Ezechias uicina morte terretur
et fusus in lacrimas quindecim
annorum spatio protelatur ad uitam;
Petrus apostolus domini passione
concutitur et amare flens audi
at: pasce oues meas;
Paulus lupus rapax & beniamin
adulescentior in extasi caecatur
ut uideat & repentino tenebrarum
horrore circumdatus dominum uocat
quem dudum ut hominem persequebatur;
Ita & nunc mi marcella blesillam nostram
uidemus ardore febrium per xxx ferme
dies iugiter aestuasse ut sciret reicien
das delicias corporis quod paulo post
uermibus exarandum sit; Uenit ad
hanc dominus ihesus tetigitque manum eius
& ecce surgens ministrat ei; Redo
lebat aliquid neglegentiae & diuiti
arum fasceis conligata in saeculi iace
bat sepulchro, sed confremuit ihesus
& conturbatus in spiritu clamauit dicens
Blesilla exi foras, quae uocata sur
rexit & egressa cum domino uescitur;
Iudaei minentur & tumeant quaerant
occidere suscitatam soli apostoli
glorientur, forte se uitam suam ei debere
qui reddidit; forte eius amplexare
pedes cuius paulo ante iudicium pertimescebat.
Corpus pene iacebat exanime & anhe
los artus mors uicina quatiebat.
Ubi tunc erant auxilia propinquorum,
ubi uerba omni inaniora fumo? Nihil
tibi debet o ingrata cognatio quae mun
do periit & christo reuixit; Qui christianus
est gaudeat. qui irascitur non esse se indi
cat christianum; Uidua quae solutae
uinculo maritali nihil necesse habet
nisi perseuerare; At scandalizat quem
piam uestis fuscior: scandalizet iohan
nes quo inter natos mulierum maior nul
lus fuit, qui angelus dicitur, ipsumque
quoque dominum baptizauit, quia camelorum uesti
tus tegmine zona pellicia cingebatur;
Cibi displicent uiliores: nihil uilius est
locustis; Illae christianos oculos potius
scandalizent quae purpurisso & qui
busdam fucis ora oculosque depingunt
quarum facies gypseae & nimio can
dore deformes idola mentiuntur;
Quibus si forte inprouidens lacrimarum
stilla eruperit sulco defluit; quas nec nume
rus annorum potest docere, quod
uetulae sunt, quae capillis alienis uerticem
struunt & praeteritam iuuentutem
in rugis anilibus poliunt, quae denique
ante nepotum gregem trementes uirgun
culae conponuntur. Erubescat mulier
christiana si naturae cogit decorem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0291